UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto benedicto monacho. Cap[itulum]. ccxvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

gno comitatu: vti regem ad benedictum miſit.
Quem ille venientem conſpiciens mox agno-
uit: ⁊ vt veſtes regales ſibi non pertinentes de-
poneret mandauit: ⁊ ſpartharius cõfuſus eru
buit. ¶ Clericũ quedã a maligno ſpũ vexatum
liberauit: ei tamẽ ꝑcepit ne ad ſacros ordines
vnꝙ̃ aſcenderet: quod ſi ſecus faceret eum de-
mon iterato opprimeret. ¶ Cum autem cleric⁹
dudum mandatis paruiſſet: poſt tempus aliqđ
ſe conſecrari fecit: ipſumqꝫ continuo demon vſqꝫ
ad ſpiritus effuſionem inuaſit. ¶ Uir quidã du
os flaſcones vini ſibi miſerat: quorum alterum
portitor in via abſcõderat. Qui cũ gratiarũ actio
ne vnũ accepit: ſed latorẽ ne de altero quem ab
ſconderat biberet oino ꝓhibuit. Qui confuſus
ab eo receſſit ⁊ in flaſcone occultato ſerpẽtem
inuenit: ⁊ de cõmiſſo penitẽtiã fecit. ¶ Filius
defenſoris monachus eidem cenanti cãdelam
tenebat: ⁊ ſpiritu ſuperbie in corde ſuo murmu
rabat indignum reputans: ꝙ filius tanti viri il
li comedenti aſſiſteret. Quod vir dei ſtatim per
ſpiritum agnouit: ⁊ vt cor ſuũ contra tentatio-
nem ſignaret admonuit: atqꝫ de manu eius lu-
men auferri precepit. Alia quoqꝫ multa cordiũ
ſecreta cognouit: ⁊ multa que ventura erãt ſpi
ritu ꝓphetico ꝑdixit. ¶ Cũ quoſdam fratres
ad locum cõſtruendũ miſiſſet: certo die ſe ad il-
los venturũ dixit: ⁊ qualiter operari debeãt in
dicauit. Nocte ꝟo diem ſtatutam ꝑcedẽte: abba
ti ⁊ prepoſito illius loci per ſomnium apparu-
it: ⁊ qualiter locus conſtruendus eſſet per ſin-
gula indicauit. Cum aũt viſioni non crederent
ſed ipſum expectarẽt: tandem reuerſi ſunt dicẽ
tes ꝙ non venerat diutius expectatus. Qui ſe
veniſſe vt promiſerat per viſum aſſeruit: ⁊ ꝙ vt
in ſomnis moniti fuerãt oĩa facerẽt ordinauit.
Quidam eius monachus tentatus de monaſte
rio abijt: ſed draconẽ maximũ ſe deuorare niten
tem inuenit: perterritusqꝫ ad clauſtrũ redijt ⁊ in
promiſſione perſeuerauit. ¶ Cũ fames valida
regionẽ illam premeret: ⁊ quinqꝫ ſolũmodo pa
nes in monaſterio ſupereſſent: fratrib⁹ cõque-
rentibus diuidi iuſſit: ipſe ꝟo nocte in oratione
permanſit. Et ecce mane ducenti farine modij
ante fores monaſterij inuẽti ſunt: ſed vnde: vel
a quo miſſi fuerint ignoratur. ¶ Eodẽ quoqꝫ tẽ
pore cũ oĩa que in domo erant pauperibus di-
ſpenſaſſet: modicum olei qđ in vitreo vaſe remã
ſerat: pauperi elemoſynã petẽti dari iuſſit. Qđ
diſpenſator obedire contempſit: timẽs ne fra-
tribus oleum deeſſet. Quod pater audiens:
oleum per feneſtrã abijci iuſſit: ne quid ibidem
per inobedientiã remaneret. Cum aũt vas ſup
ſaxa deiectũ: nec fractũ eſſet: nec oleũ effuſum:
oleum cum vaſe petẽti tribuit: ⁊ cũ oraſſet do-
lium olei: quod vacuũ erat vſqꝫ ad ſummũ reple
tum oleum pauimẽtũ effudit. ¶ Ruſticus qui-
dam corpus defuncti filij in vlnis ad monaſte-
rium detulit: ⁊ vt puerũ ſuſcitaret: virũ dei cum
lachrymis exorauit. Quem oratione premiſſa:
ipſe ſuſcitatum patri reſtituit. Multiſqꝫ alijs ſi
gnorum virtutib⁹ effulſit. Scripſitqꝫ monacho
rum regulam ſanctitate precipuam: ſermone lu
culentam: quia vir dei non potuit aliter doceri
ꝙ̃ vixit. ¶ Eodem anno quo migraturus erat
obitum ſuum etiam abſentibus fratribus nun-
ciauit. Ante ſextum ꝟo exitus ſui diem: aperiri
ſibi ſepulturã iuſſit. Moxqꝫ correptus febrib⁹
ſeptimo die in eccleſiam portari ſe fecit: ſum-
pto quoqꝫ viatico inter diſcipulorum manus: vl
timum ſpiritum inter verba orationis efflauit.
Eadem hora maurus monachus longe poſit⁹:
ipſum verſus celos tendentem conſpexit per
viam: videlicet orientis per lucidam ab eius ce
nobio vſqꝫ ad celos pertingentem. Cuius cor-
pus in caſſineñ. monaſterio ſepultũ eſt. Quie-
uit in xp̃o. xij. kalen. aprilis: circa annos domi
ni. cccccxviij. tempore iuſtini ſenioris.

¶ De ſancto Benedicto papa. i. Cap. ccxv.

Benedict⁹ papa huius no-
minis prim⁹ na
tiõe roman⁹ ex
patre Johanne
Leoni ſecundo in pontifica-
tu romano ſucceſſit: et ſedit
mẽſes decẽ: dies duodecim.
Hic benedictus: ex vite ſan-
ctitate cum nomine concor-
dauit. Et cum tam modico tẽpore ſederit: mul-
tas tamẽ in vrbe eccleſias reparauit. Hic ab in-
eunte etate eccleſie militauit. Atqꝫ ſic ſe diui-
nis ſcripturis ⁊ cantilene a puero: ⁊ in preſby-
teri dignitate nomine pariter ⁊ operibus exhi
buit: vt digne ad pontificatus honorem perue-
niret. Paupertatis nanqꝫ fuit amator. Humi-
lis: manſuetus: ⁊ in omnibus cõpatientiam ha-
bens manuqꝫ largiſſima. Hic conſtituit vt ad tu
mulãdũ romanũ pontificẽ: omnes eiuſdem ec-
cleſie clerici cõuenirent: ſimiliter ⁊ ipſe in eorũ
faceret obſequijs. Sepultuſqꝫ eſt apud ſanctũ
petrum. Et ceſſauit epiſcopatus menſibus du-
os: diebus quindecim.

¶ De ſancto benedicto monacho. Cap. ccxvi.

Benedict⁹ monachus
in cãpanie partib⁹. xl. ab vrbe milia-
rio ĩ quodã monaſterio fuit: etate q̃
dem iuuenis: ſed moribus grandeuus ⁊ in ſctẽ
cõuerſationis regula ſe fortiter ſtringẽs. Quẽ
cum tpe totille regis gothi reperiſſent: hunc in
cendere cum ſua cellula moti ſunt. Ignẽ nãqꝫ
ſuppoſuerũt: ⁊ ĩ circuitu oĩa arſerũt: cellulã ꝟo
cõburere nequerũt. Qđ illi videntes magiſqꝫ ſe-
uiẽtes: ipſumqꝫ ex ſuo hitaculo educẽtes ꝑrimũ
accẽſum clibanũ ꝓ coquẽdis panib⁹ ĩpexerũt:
eũqꝫ ĩ illo ꝓiecerũt: clibanũqꝫ clauſerũt. Sed

die altero ita illeſus inuentus eſt: vt nec caro eius: nec extrema veſtimenta vllo modo cremarentur. hec Grego. iij. dialo. cap. xviij.

¶ De ſancto Serapione abbate. Cap. ccxvij.

Serapion abbas vt in octauo libro hyſtorie tripartite: ⁊ in vitis patrum habet: fuit in regione arſenoite pater decem milium monachoꝝ: de labore manuum victum querentiū quotidianū. Tempore autē meſſis omnes ad metendū precio conducebātur: ⁊ quicquid acquirere potuiſſent indigentibus regionis et alexandrie carceratis ac peregrinis in eoꝝ neceſſitatibus expendebāt. Hic tēpore iuuētutis exiſtens monachus: poſt menſam cōmunem panē furabatur: quam ſero latenter comedebat. Tandē ad coꝛ rediens: abbati peccatum confeſſus eſt: moxq̄ ex oꝛe eius quaſi flamma ignis egreſſa fetoꝛem ſulphureū exhalauit. Hic ſola vnica ſyndone amictus: pane tantum pro cibo ⁊ aque potu contētus: nihil aliud quotidie ſumebat. ¶ Cum aūt ſemel amictum ſuum pauperi tribuiſſet: ⁊ alteri nudo obuians tunicā dediſſet euangeliūq̄ tenens nudus ſederet. Interrogatus quis eum expoliaſſet: reſpondit: ꝙ euangelium quod tenebat. Alias inſuper pauperem tertium videns euangelium ipm vendidit: ⁊ pauperi precium dedit: dicens ꝙ euangelium omnia precipit vendi: et pauperibus dari. Seipm ergo euangelium vēdi mandat. ¶ Alio tempoꝛe exiſtens in quodā oppido paganoꝛum: ſeipm eis vendidit: quos poſtq̄ verbo et exemplo conuerterat: reddito precio ab eis receſſit. Hoc idem fecit in lacedemonia apud athenas: ſeipm vendens vni primario ciuitatis: vt ipſum conuerteret: quod et fecit. Doꝛmiuitq̄ in pace duodecimo kalēdas apꝛilis alexandrie tumulatus.

¶ De ſctō aphꝛodiſio epō ⁊ cōfeſ. Cap. ccxviij.

Aphꝛodiſius genere egyptius prefectus totiꝰ egypti erat tempoꝛe quo puero ieſu egyptum fugato: ⁊ in tēplo deoꝛum delato idola omnia coꝛruerunt. Quod cū aphꝛodiſius tunc prefectus audiſſet ad phanū in quo ſimulachꝛa euerſa fuerant acceſſit: ⁊ viſo puero ieſu eū adoꝛauit: ipmq̄ vna cū parentibus a furoꝛe pontificum idoloꝝ eos in deoꝛū ſuoꝛum vltionem occidere volentiū viriliter defenſauit. Et extunc in xpm quaſi per ſomniū credidit. Sed poſt aſcenſionē domini cum predicatio euangelij ad egyptum perueniſſet: prefecturam deſerens antiochiam venit: ⁊ ibi baptizatus atq̄ beati petri diſcipulus factus eſt. Cū quo poſtmodū romā iuit. A quo et directus eſt ad gallias predicādas. Qui etiam ibidem ſancto paulo ſergio epō narboneū. ſe aſſociauit. A quo oꝛdinatus bituricenſis epus ad ipam ciuitatē deuenit: vbi multo tpe officio ꝑdicatiōis inſiſtēs ⁊ miraculoꝝ glīa refulgēs: oēm ppl'm eiuſdē vꝛbis xpi noī ſubiugauit. Et vtutibꝰ ac etate maturꝰ in dño q̄euit. xi. kal. aplis. Et ſepultꝰ eſt in eccl'ia ſua ſignis clareſcēs.

¶ De ſctō Victoꝛiano martyꝛe. Cap. ccxix.

Victoꝛianus adrumētine ciuitatis nobilis: vt dicit aphꝛicanꝰ: a quodā ꝓcōſule carthaginis q̄ nullꝰ in pſecutione eccl'ie durioꝛ fuit: dū idolis imolare cogeret: ⁊ oīno renueret. pmo rebꝰ ſpoliatꝰ: deinde tātis toꝛmētoꝛū generibꝰ cruciatꝰ: quātꝰ hūanus ſmo nō poterit explicare: feliciter tripudians martyꝛiū in eadē vꝛbe ꝯſumauit. x. kal. aplis. vt aphꝛicanꝰ.

¶ De ſanctis Frumentio ⁊ alio frumētio martyꝛibus. Cap. ccxx.

Germani duo quoꝛū vterq̄ frumētius vocabat aquiſregien. in ciuitate oꝛiūdi apud rabadeū. oppidū paſſi ſunt. Qui ſibijnuicē iurauerūt toꝛtoꝛes rogare: vt ſemp pari ſupplicio toꝛquerentur. Tenti igitur a paganis cū die integro pēderēt ſuſpēſi molis in pedibus alligatis: vnus eoꝝ ſe deponi petijt: ⁊ inducias ſibi dari. Sed ab altero cōfoꝛtatus: ⁊ penitens toꝛtoꝛes rogabat: vt lapides maioꝛes adijceret. Deinde ambo laminis ignitis eſtuati: ⁊ poſt hec vngulis exarati: multis quoq̄ cruciatibus vexati: ab ipſis toꝛtoꝛibꝰ tedio derelicti: et a facie eoꝝ proiecti ſpiritum dño reddiderunt. x. kalen. apꝛilis.

¶ De ſanctis duodecim infantulis martyꝛibus. Cap. ccxxi.

Duodecī infantuli apd aphꝛicā ſub pſecutione vādalica paſſi ſūt. Qui ab arrianis de nūero confeſſoꝛū xpi ſegregati: nō ſpū: ſed coꝛpe: ſuggerēte q̄dā teuchario heretico: q꞉ ipos nouerat ad cātilenā vocales ac ſtrenuos: carthaginē deducti ſūt: vbi pꝛimo: q꞉ pueruli blāditijs ſuaſi: dū arriane fidei conſentire nollent: duriſſimis verberibus tādiu ceſi ſunt: quouſq̄ ſpiritū emiſerunt: ibidemq̄ quaſi in numero apoſtoloꝛuꝫ ſepulti. Quoꝛuꝫ exēplo duo negociatoꝛes quoꝝ vterq̄ frumētius dictus eſt: ⁊ quinq̄ eiuſdē monaſterij fratres: ſcꝫ liberatus abbas: bonifacius diaconus: ruſticus ſubdiaconus: rogatus: ⁊ maximus monachi pro fide catholica martyꝛiū ptulerunt. Qui paſſi ſunt. x. kalen. apꝛilis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN